

Año X. Sábado 4 de Octubre de 1862. Núm. 40.

†

BOLETIN ECLESIÁSTICO DEL ARZOBISPADO DE TOLEDO.

ESTE BOLETIN ESTÁ DEDICADO Á LA CIRCULACION DE LAS COMUNICACIONES OFICIALES DEL ARZOBISPADO Y DEMAS QUE CONVENGA AL INTERÉS DEL CLERO.

Solemne apertura del Seminario Central de S. Ildefonso.

Segun estaba anunciado, y en cumplimiento de lo prescripto en el plan de estudios, vigente en los Seminarios del Reino, la apertura é inauguracion del curso académico de 1862 á 1865 tuvo lugar el 1.^º del presente mes en el Central de esta ciudad á las nueve y media de la mañana. Dióse principio á un acto tan solemne con una Misa cantada por los Seminaristas internos, siendo el celebrante el Sr. Canónigo Penitenciario de la Santa Iglesia Primada. El Claustro de Sres. Profesores ocupaba el puesto que le correspondia, presidido por el Sr. Vicario general de este Arzobispado. Los alumnos de beca y los esternos concurrieron á tan magistruosa ceremonia con el respeto y compostura que reclama el lugar sagrado en que se ejecutaba. Terminado el Santo Sacrificio del Altar, el expresado Sr. Vicario general, á nombre de S. Emcia. el Emmo. y Reverendísimo Sr. Cardenal Arzobispo, nuestro amantísimo Prelado, declaró de viva voz que quedaba incoado el año escolar. En seguida se cantó solemnemente el himno ambrosiano para tributar rendida accion de gracias al Dador de todo don perfecto y bueno por este beneficio, que dispensa á la juventud estudiosa destinada á reparar las sensibles pérdidas que continuamente experimenta el Clero en su personal. Despues el Sr. Dr. D. Manuel de Jesus Rodriguez, Canónigo Doctoral y Catedrático del mismo Seminario, colocado en la tribuna santa de la religion, leyó la Oracion

inaugural, nutrida de sólida doctrina y copiosa erudicion, cuyo tema fué: *De Subjectione necessaria rationis ad Fidem*, asunto importantísimo, con especialidad en nuestros dias, en los que el necio Racionalismo quiere eclipsar la antorcha brillante y luminosa que ilustra y esclarece el lugar oscuro y caliginoso de la razon, restituyéndola sus verdaderos feros y armonizándola con las verdades que Dios se ha dignado revelarnos, y la Iglesia nuestra Madre propone á la creencia de sus hijos. A continuacion trascribimos la expresa Oracion, bien persuadidos que nos lo agradeceiran los Sres. Curas Párrocos de esta Diócesis al encontrar en su lectura un nuevo comprobante del celo y sabiduría del Clero español, precisamente cuando se le supone sumido en el fango de la ignorancia mas supina. Se dió fin á la apertura del curso académico, haciendo los señores Catedráticos la protestacion de la Santa Fé Católica, segun está mandado.

Mucho nos prometemos de la vigilancia, rectitud y ciencia de los señores Rector y Profesores de este Seminario Central, así como de la morigerada conducta, aplicación y aprovechamiento de los Seminaristas internos y esternos. Los unos y los otros sabrán corresponder, no lo dudamos, á los benéficos designios de nuestro Emmo. Prelado, que con incessante anhelo procura el mayor bien, fomento y prosperidad del Seminario de San Ildefonso. S. Emcia. espera, y se promete recojer los óptimos y copiosos frutos que ofrece este hermoso plantel, en beneficio de su Diócesis, y servicio de la Iglesia y de la Católica Nacion. Cumpla el Señor sus deseos.

De subjectione necessaria rationis ad Fidem ORATIO INAUGURALIS in Seminario Toletano Conciliari necnon Centrali Sancti Ildephonsi kalendas Octobris anni MDCCCLXII publice recitata à Doct. D. Emmanuele Jesus Rodriguez, almae Ecclesiae Canonico Doctorali, ejusdemque Seminarii Institutionum Theologicarum Magistro.

EMMI. ET RMI. D. CARDIN. ARCHIEP. LICENTIA.

Cum igitur gratia non tollat naturam, sed perficiat;
oporet quod naturalis ratio subserviat fidei. S. Thom.
art. 8. qnæst. 1. part. 1.

RMI. AC EMMI. D. D. CYRILLI ALAMEDA Y BREA,
Cardinalis, Præsulisque Nostri amantissimi consilio et approbatione, laudatam thesim explanandam arripio; breviter et utinam feliciter.

Scientia fit sapiens, ratione constitutur philosophus, christianum fides creat. Scientia ad aliquos tantum pertinet, ad omnes vero ratio: fides do-

num supernaturale Dei est. Sed ipso prout dolor! ipsa Res mirabilis et rarer quam mirabilis! Prædicta tria intelligentiae elementa, quæ inter constans, perintimaque deberet esse societas, non solum possunt non esse amicæ, sed de facto saepe saepius scientia et ratio, vel melius rationis abusus se mutuo latrant, momordent, dilaniant. Scientia potest rationem repellere: quod quoties mitum, somnium, delirium, vel tantum metaphysicam, et nimiam subtilitatem in ratione non videtur invenire scientia? In lethali progressu deambulando, justitiae prolegomena, prima veritatis principia, immutabilia æquitatis axiomata, synderesis theoremata quod non despexit? quod non sacrilego conculcavit pede? quod nonne in ipsummet non invexit Deum? quod nonne immundo falsæ justitiae sigillo scandalosa sancivit crimina? Contra fidem pariter insurgit passim homo, ratione abutendo: eum irritant mysteriorum obseuritates; et quidquid rationalis suæ potentiae limina transgreditur, abominat, ne gat; crebro scientiam eum increpantem febri prosequitur affectu; fidem autem ipsum honorantem odit, primamque secundæ cæcæ anteponit. Omnium quæstionum fundamentum, cunctarum difficultatum originem, universorum errorum fontem tale esse certamen nemo non videt. Nec erravit, nec errare illus unquam potest, nisi aut ex eo quod rationis existentiam neget, eam cum fide confundendo; aut ex hoc quod fidem inficias eat; ipsam cum ratione permiscendo; aut denique, licet rationis et fidei autonomiam admittens, divortium attamen mutuum, confrarietatem independentiam reciproce absolutam fidem inter et rationem indefesse statuendo.

Extra scientiæ, rationis et fidei concordiam non datur nisi intelligentiae perturbatio: absque earum armonia non potest pax in mundo idearum existere; veritas namque nihil aliud est, quam scientiæ, rationis, et fidei intima iunctio. Leges naturæ, sicuti humanitatis canones, ut Dei et hominis vera habeatur notio, ab scientia desumit veritas; realitatum probatores, fundamentaque ratio suppeditat; supernaturalium non apparentium veluti visionem, certitudinem, scientiæ elevationem, participatam quædam rationis infinitatem divina elargitur fides. O magnum opus! Sed quis persicet? Si scriptores agiographos escipias, nullum invenies in antiquitate, tali intentum labore. Græcia et Roma, etiam si immortales philosophiæ principes procreavere, rationis et scientiæ consortium minime constituerunt. Quid ad tam desideratam rem adipiscendam illis defuit?: sive positive, sive negative fides. Platonis, Aristotelis, Zenonis, quin immo et sensualis Epicuri opera, alias licet magni pretii, ellucubrationes, sapientiam, quas expectabat, et quibus indigebat humanitas, non confessisse hanc ob causam, neminem litterarum tironem latet.

Etiamsi ergo rationem, scientiamque perintima unione veluti hipostatica copulasses quod ultimum intelligentiae terminum assecutus fuisti?: absit. Illam coalitionem eminentiori gradu Confucius, Zoroaster, Socrates, Epictetus, aliaque quam plurima admirabilia ingenia in seculorum spatio seminata, ante Evangelii lucem contra tenebras non ab ipsis creatas luc-

tantia, adepti fuere. *Qua infirmitate ad perfectionis coronidem non attin-
gendum vasta eorum scientia, potensque ratio laborabat?*, carentia fidei,
inquam, auditores præstantissimi. Si scientiæ rationisque amicitiam
Paganismus non peperit, non potuit parere; *quod produxit eam Islamismum
cum sua Dei unitate?* Minime gentium. Nihil boni in hominum societate,
non commercium, non artium perfectionem, non eloquentiam: nihilque
perfectum in spiritus speculationibus et moralitate *in bella tantum, sanguinis effusionem, exterminium invexit!* Ratio in prout est: datur, aliquid,
quod est errore deterius, veritatis nempe et erroris commixtio, de qua
alitur fides vel potius dicenda coactio mahometica.

Nullibi, carissimi juvenes, præstantissimam admirabilemque scientiæ
et rationis societatem, fide catholica dempta, invenietis. Hujus inestimalis
concordiæ fundamenta imprimis jacuerunt S. Clemens Romanus in suis
epistolis, S. Barnaba, Hermas in suo libro Pastoris, S. Ignatius Antio-
quenus, S. Policarpus: *ii præceptum D. N. J. «ite docete omnes gentes»*.
adimplevere post Apostolorum lumina. Inchoatum ædificium sine inter-
vallo sunt prosecuti præclari S. Justinus, S. Theophilus, et ante suam
defectionem etiam Julianus; quin inmo in hoc opere Atenagoras, Aristi-
des, et Castor arcem occupase, cunctis scitum: contra suam ecclesiam
et usque ad seculi consumationem portas inferi non prævalituras esse,
Divinus promisserat Fundator. *Quam adimplevit promissionem?* Videamus.

Si rationis et fidei compaginem Simon Magus, Menandres, Saturninus,
Bassilides, Manes sua cum sobole, rumpere conati sunt primevis tempori-
bus; Ireneus, Tertulianus, Clemens Alexandrinus, Origenes primum;
S. Gregorius Taumaturgus, Dionisius, Eusebius Cesariensis secundo:
deinceps et non multo post Nycena Sinodus scientiæ, rationis et fidei
vinculi unionisque nodum fortissime constrixerunt. Et de hujusmodi
Patrum concatenatione pertractando; *quomodo preclarorum virorum*
S. Basili, duorum Gregoriorum Nyseni nempe et Nazianensi, S. Joannis
*Chrisostomi, S. Cyrilli, qui omnes, occasionem dantibus Aecio, Euno-
mio, Arrio, et Nestorio, immortalia Augustini tempora præparavere,*
memoriam missam faciam?

Elloquentissimum hujus seculi autorem præstantissimumque de Au-
gustini procuratione circa scientiæ, rationis et fidei copulationem pertrac-
tantem audite. Doctrinam, inquit, S. Augustini vere thesaurum ad prompt-
tuarium vocaberis, ex quo deinceps divitias sibi theologiæ immo et
philosophiæ scientia compararunt omnes, vel saltem, si eidem impense
studerent, comparare possent. Etenim S. Augustinus in opere de Genesi
ad litteram fundamenta constituit philosophicæ naturæ, quæ longo differt
a tenebrosa illa ac pantheistica, quæ in Germania colitur. In opere de
civitate Dei fundamenta pariter locavit philosophicæ historiæ, quæ pro-
fecto ea non est, quam ingeniosus Vico invexit, audacem, periculis plen-
nam, et qua tantopere abutuntur non pauci; nec multo minus quam
hegeliani ac neoelectici adomant pantheismi ac fatalismi labe scatentem;

sed quæ tota innilitur veritate, sapientissimi nempe Dei œconomia in religione sua instituenda, regenda et propaganda usque ad seculorum finem, qualem serius Augustini vestigiis inherens ampliori evolvit ratione Bosuetus discurso super historia universali. In eodem demum germina inveniuntur multiplicium doctrinarum philosophicarum, quæ postea diversis sunt temporibus evoluta; et adhuc ætate nostra evolvuntur. Et quantum ad meam propositionem elucidandam Samuel Taio, Antistes Cæsaraugustanus, nostræ Hispaniæ filius, seculo septimo (hoc est quatuor ante Petrum Lombardum seculis, obiit enim ann. 665) scholasticorum omnium primus in sua summa theologica ex Patrum sententiis, non aduxit? Ex eo discimus scientiam inter et rationem, nec dari, nec concipi posse amicam societatem, quin eo ipso quo distinete permaneant, in aliquo communis vinculo, quod eas religat, per quandam veluti circummissionem, uniantur. Insuper necessum est rationem et fidem, de quodam participare principio, quocum sine confusione tangantur; quocum, semota abortione, amplectantur; sunt namque sicuti tres ex eodem sole irradationes, tria ipsius fontis rivula, tria, denique unius veritatis dogmata, uno Deo præceptore, qui Dominus scientiarum est, et cui patet omnium scientia. Ideo D. Joannes illas exhibit veluti ipsam verbi lucem omnem hominem venientem in hunc mundum illuminantem.

Notatu digna est, quæ aliquibus vissa est regulæ exceptio, singularitas, quæ in Bajo, Jansenio, Calvino, eorumque consurculis occurrit. In absurdas prolapsos fuisse aberrationes, nefandum bellum plusquam civile in agrum intelligentiae, à se pacificum intulisse, theologis communiter visum est, ex eo quod liberum negantes hominis arbitrium post prothoparentis peccatum, creaturamque rationalem in vi suæ gratiæ authomatam reddentes, rationem insitiabantur sua in fide absorvendo. Alteri automant alii; scilicet heresiarchas prædictos, licet primo intuitu, fidei exclusive dominium tribuerint vocibus, in rei veritate eam subjiciebant rationi, immo estinguebant. Si in hac opinione divisum est in studia contraria vulgus, catholica tenet Ecclesia fidem neque destrnere naturale recte rationis lumen, neque illi unquam posse adversari. Si fides nativum rationis lumen, inquit P. Perrone, extingueret, eique adversaretur, hoc fieret vel quia ipsa cæcum omnino à ratione exigeret objectis credendis assensum, vel quia rationi quidquam credendum proponeret, quod cum ejus principiis adversa fronte pugnaret. Neutrū consistere tota probat theologia. Scitis, benevoli auditores, Paschalem, cuius ingenii acumen nemo non noscit, post multa temporum curricula, quibus studio vacavit, indefesseque insudavit, rationis et fidei finalē his verbis sancivisse conjunctionem. Sunt, ait, tres mundi, corporum videlicet, spirituum, et alter, qui est Dei supernaturalis et infiniti. Philosophia, quæ ad secundum spectat, imperium tenere debet in primo, sed sunmissa tertio, ut se elevet, non ut se extinguat. Postquam ab infallibili ecclesiæ magisterio aliquid credendum de fide propositum est, interrogat P. Perrone, ac etiam postquam iis

omnibus, quæ ecclesia credenda proposuit, quispiam intellectus ac voluntatis assensum, divina opitulante gratia, præbuit, nullæne amplius rationi partes supersunt? Haudquaquam sane, sed plura sunt in quibus poterit humana ratio post susceptam fidem se exercere, suaque vires, dummodo ancillam se exhibeat fidei, minime vero ut arbitram et dominatricem.

A S. Anselmo usque ad Sacrosancti Concilii Tridentini tempora non defuere homines docentes, quæ non oportet; rationis imperium supra fidem, jam jam nominalistæ et conceptualistæ inaugurarere; aperte proclamando res per sensus tantum cognosci; genera et species non esse nisi meros mentis conceptus, qui per nomina, vacua realitate, significantur. Ab oriente usque ad occasum, à septentrione usque ad meridiem, in universo mundo vagus ortus est rumor, ubique gentium; sed verborum tantum rumor, et formularum, in scholis et academiis rationis absolutam independentiam quiritanus. Recedant vetera, nova sint omnia, animi virilitas, hominis emancipatio, totius auctoritatis abolitio, ratio non serva, sed domina, non acceptans fidem sed judicans, illimitata libertas; hem recens, tanquam aurora coruscans, dictionarium omnium sapientium et insipientium manibus positum. O cæci, et cæcorum duces! Contra sensum philosophicum errorem, theroricam et practicam contradictionem talia involvunt principia. Notionem ullam positivam absoluta rationis independentia potest producere; absoluta rationis independencia tantummodo liberrimam et omnimodam de omni scibili judicandi, vel melius dicam loquendi facultatem, de naturalibus et supernaturalibus, de humanis et divinis, de creatis et increatis, confert. Sed tam amplia potestas erit utique proculduvio independentia, non autem scientia, minus autem ratio. Si cum independentia commiscentur nec non identificantur scientia et ratio, omnes sapientes, universos philosophos parvo pretio esse posse, apertum est; sicut independentes, et jam in eorum sententia doctoratus sunt insigniti laureola; proindeque nomen philosophus non erit amplius, ut retro seculorum à inundi creatione traditum fuit, rationis et scientiæ amator, sed independentiæ idololatra. D. Bernardus omnigena illustris doctrina, non minus ac sanctitate, magnum in his controversiis adversus catholicam doctrinam certamen certavit, divinam fidem rationis licentiæ opponens. Divinum inter peragrandō Petrus Lombardus in suarum distinctionum quatuor libris, Alexander de Ales, Albertus Magnus, S. Bonaventura, in omni patientia et doctrina opus perfecerunt, cui coronidem magister meus doctorum doctor, præceptor angelicus S. Thomas Aquinas in ejusdem contra gentiles summa, D. Pauli epistolârum expositione, summaque theologia imposuit. Huic virum à divina missum providentia, ut ædificium scientiae et rationis, quod adhuc spectabat humanitas, mirifice construeret; hunc virum, inquam, cuius nec æmulatorum nec successorem in litterarum republica minime invenio, materiam, de qua in præsentiarum, pertractantem audite, Filiali mei. Ad ea, inquit, quæ ratione humana investigari possunt, necessarium fuit hominem instrui revelatione divina;

quia veritas de Deo per rationem investigata à paucis et per longum tempus et cum admixtione multorum errorum homini proveniret, à cuius tamen veritatis cognitione dependet tota hominis salus. Ut ergo salus hominibus et convenientius et certius proveniat, necessarium fuit præter philosophicas Disciplinas, quae per rationem investigantur, sacram doctrinam per revelationem haberi. Dixerat enim Gentium; Apostolus; omnis scriptura. divinitus inspirata. utilis ad doxandum, ad arguendum, ad corripiendum, ad justitiam. Nec hoc derogat, subdit alibi, dignitati hujus doctrinæ; nam licet locus ab auctoritate, quæ fundatur, super revelatione vel ratione humana sit infirmissimus, locus tamen ab auctoritate, quæ fundatur super revelatione divina, est efficacissimus. Utitur tamen sacra doctrina ratione humana; non quidem ad probandam fidem (quia per hoc tolleretur meritum fidei) sed ad manifestandum aliqua alia; quæ traduntur in hac doctrina. Et inde est, quod etiam auctoritatibus philosophorum sacra doctrina utitur, ubi per rationem naturalem veritatem cognoscere potuerunt. Et cum de fidei virtute, sicuti cum de mysteriis singillatim, mirifice, ut solet, pertractat, non aliud est ei scopus nisi ostendere, rationem et fidem inter se non pugnare, licet fides supra rationem teneat sedem. Inspice ergo, juvenes ornatissimi, Phœbum post nubila; præceptorem angelicum scuta impenetrabilia, armasque invencibiles suis postoris largiendo; armoniam inter scientiam rationem et fidem stabilendo, et quidem insolubili nexu. Hinc fuit, quod ejus intensive et extensive fere illimitata scientia, validissima firmata ratione, non modo fidem non metueret, sed ardentissime eam amaret.

Sed prout dolor! Quis temperet à lacrymis? Si post nubila Phœbus, post Phœbum etiam nubila? Quisnam esset suspectus post lucida Doctoris Aquinatis argumenta adhuc horam errorum, tenebrarumque potestatem adventuras esse? Hoc supremo indigebat sacrificio veritatis manifestatio; ut nulli mortalium in æternum notum non esset, cuod sejunctis scientia ratione et fide, nihil, aliquibus ordinis naturalis veritatis exceptis, nisi tenebrae, et cahos, hereditas luctuosa generis humani esset. Re persensa Martini Lutheri ingentes impetus, ejusdemque inventæ novitates, et studiosa voluptas in corruptis detracandisque scripturis sacræ, nullum aliud præseferebant desiderium, quam rationis deitatem, ipsiusque omniscientiam stabilire: ita Cardinalis Cajetanus, Cardinalis Hosius, Bellarminus, Petavius, Tomasinus, aliquæ quam plurimi agnoverè. Quæ de causa emancipatæ, impotentiam rationis cum ipsius Lutheri deliriis aperte planeque ad evidentiam tenus demonstrarunt. Ex hoc infero, non interruptam litem catholicismum inter et impietatem in hoc tantum consistere: quærum ratio sit per se ipsa sufficiens, an non? Dominus Noster Jesus Christus, qui fundavit Ecclesiam pretio sanguinis sui, numquam eam deseruit, sed homini inimico cælorum vineæ suæ opposuit operatores. Agmini Jansenistarum confodiendi missit Gottum, exempli gratia, Fenelonem, Bergierem: Kantianæ proli religionem inter rationis limina coarc-

tanti mandavit tot viros illustres dogmatica in Theologia , vel biblica , vel patristica , vel apologetica , ut una cum scholasticis , quorum non est numerus , materialem redderent divinam promissionem : veritas Domini manet in æternum . Confusa turba volteriana , Humiana , Proudhomiana , vobis , dignissima contio , eorum diabolicum opus destruere commissum est , duce sapientissimo P. Perrone à præclaro Antistite Nostro vestris posito manibus : Nocturna versate , versate diurna . Melioribus otii temporibus domesticas relinquente quæstiones ; nunc temporis pauci interest D. Thomæ Aquinatis , aut Joannis Duns Schoti partes facere , aut Augustini sententiam , aut Molinæ , vel Suarezii tenere ; decisivum est actualè bellum ; non agitur de quæstionibus , in quibus quicumque loquitur , catholice loquitur : non de modo , sed de re , dimicatur pro toto .

Si mea prælectione , auditores amplissimi , magis magisque scientiam diligitis , rationem veneratis , easque fidei tamquam ancillas subjicitis ; quod desiderio desideravi , consecutus sum . Melior est enim sapientia quam vires , et vir prudens quam fortis . Obsecro vos , vel , si quod mihi dat imperium magistratus auctoritas , præcipio , hujus Conciliaris et Centralis Seminarii collegæ , ut numquam vosmetipsos detis lectioni nisi post Orationem ; initium namque sapientiae timor Domini . Dixi .

CULTOS RELIGIOSOS.

Mañana comienzan los cultos solemnes que anualmente se consagran en el antiguo Templo de S. Pedro Mártir á la Santísima Virgen del Rosario , celebrándose su Fiesta principal con Sermon que predará el Doctor D. Antonio Carrera . Por la tarde , despues de las Completas solemnes , Rosario y Letanía cantada , se hará la Procesión con la Imágen de Nuestra Señora , concluyendo con Salve á toda orquesta . En este dia se gana Indulgencia plenaria , tantas veces cuantas se visite la Capilla de Nuestra Señora del Rosario . Para ganarla se requiere haber confesado y comulgado , y tener la Bula de la Santa Cruzada .

La Comunidad de Religiosas Dominicas de Jesus y María consagra tambien mañana solemne función religiosa á María Santísima con la advocación del Rosario , predicando en ella el Sr. Canónigo Doctoral .

Por la tarde á las tres y media se tendrán en la Parroquial de S. Juan Bautista los ejercicios mensuales del Corazon de Jesus , con Plática que dirá el Dr. D. Cesáreo Humarán , Beneficiado de la Santa Iglesia .

EDITOR , JOSÉ DE CEA .

TOLEDO: 1862.—IMPRENTA DEL MISMO , CALLE DE LA TRINIDAD , NÚM. 10.